

DEL SIGNOR D. GENNARO FORTUNATO.



D Edidicit prisca, ADRIANE, Europa triumphos
 Fama & laude tuae facta superba domus.
 Cum Patruī magna dominus virtute feroces
 Subdidit Austriacis legibus Ister aquas;
 Pignore prospiciens sed quod disceptet in uno
 Gloria laudatis aequula temporibus;
 Heroum parili fiat quo prole beata
 Nullaque non numerent secula progeniem;
 Foecundam stabili BUREHESIA foedere iunxit
 Mente tibi, formâ, sanguine, amore parem.
 Quacum Nestoreos vivens laetissimus annos
 Sis Tiberi aeternum; Partenopaeque decus.
 Nam quae permixto veniet de sanguine proles
 Romani fines protrahet imperii.
 Et debellatos gentili robore Thracas
 Constituet patriae clara trophaea suae.
 Caesaris ac toto aspiciis Oriente subacto
 Solis lustrabit limina vera Fides.

